



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vetustas, Sanctimonia, Potentia atque Majestas,  
Celsissimae Augustissimaeque, Serenissimorum Ducum  
Brunsvicensium Ac Lyneburgensium Domus**

**Mader, Joachim Johann**

**Helmeftadii, 1661**

XII. Genealogia Cel[sissi]morum Ducum Brunsvic. Eorum, qui Eymbek,  
Duderftad, &c. cum attinentiis poffederunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10983**

GENEALOGIA  
 CELSISSIMORUM DUCUM BRUNS-  
 VICENSIVM, ILLORVM, QVI  
 Eimbek, Osterrot, Hamelen & Duderstad,  
 cum attinentijs possederunt; rursus  
 THEODORICO ENGELHUSIO  
 auctore.

**D**uces *Henricus, Iohannes & Wilhelmus*  
 fratres. *HENRICVS* vendidit *Duder-*  
*stad & Geveldehusen* Archiepiscopo  
 Maguntinensi, pecunia non soluta. Reliquit  
 tres filios, *Ottonem, Balthasar, & Thomam*. *Ot-*  
*to* iuit ad *Italiam*, factus ibi magnus, duxit u-  
 xorem *reginam Neapolitanam*; fecitq; fratrem  
*Balthasar* Dominum & Comitem *Fundorum*:  
 qui ambo sepulti sunt in Italia. *Thomas* autem  
 frater eorum, factus religiosus ordinis Eremi-  
 tarum *S. Augustini* in *Northusen*, visitat studi-  
 um, factus *Doctus S. Theologia*, multas reliqui-  
 as portavit de Italia ad partes suas; de quibus  
 sunt: *Quinq; spina de corona Domini, & dua pre-*  
 Z *tiosa*

*tiosa cruce in Walkenrede.* Idem Thomas duxit duas sorores suas ad Italiam, quas ibi nobilibus maritavit. ERNESTVS possedit *Eimbek* cum attinentiis: IOHANNES frater eius factus est Præpositus *Eimbecensis*; & WILHELM obiit sine prole. *Ernestus* Dux, dum quodam tempore equitaret per *Norteyn*, nihil aduersi suspicatus, captus est à *Henrico de Hardenberch*, & incippatus. Propter quod frater eius *Iohannes* Præpositus, collecto exercitu inuasit *Norten*, villam comburens, & pecora cum aliis abducens. Cumque *Hardenberge* hoc vindicare vellent, captus est idem *Henricus de Hardenberg*, sedens in equo Ducis capti, & in *Castrum salis* incippatus. Quem cum *Iohannes* Præpositus vellet occidere, prohibitus est à suis, ne similiter pateretur Dux captus. Facta igitur reconciliatione, liber abiit uterque cum suis ad propria. *Ernestus* iste duxit uxorem filiam Comitis de *Eversteyn*, quæ peperit ei tres filios & filias. Filij sunt, *Albertus*, *Ernestus* & *Fridericus*. Filiam unam duxit *Vlricus* Comes de *Honsteyn*. ALBERTVS volens  
vindi-

vindicare patris injuriam, duxit exercitum  
 grandem contra *Hardenberch*, *Northen* refor-  
 matam penitus destruendo. Erat hoc tem-  
 pore Archiepiscopus Maguntinus in *Hilgen-  
 stad*, qui dicebatur venturus; quem ibidem  
 Dux exspectabat per triduum, sperans se cum  
 illis conflicturum. Postea vero aliquot an-  
 nis elapsis veniens Archiepiscopus cum *Bal-  
 thasar* Marchione Misnensi, quid egerit, di-  
 ctum est alibi. Alia filia *Ernesti* Ducis facta  
 est Abbatissa in *Osterrode*; frater ejus ERNE-  
 STVS Præpositus Eimbecensis. FRIDERI-  
 CVS similiter frater, reliquit hæredem *Otto-  
 nem*, nunc Dominum *Eimbek*. ALBERTVS  
 reliquit filium ERICUM: qui mortuus,  
 reliquit tres filios, *Henricum*, *Ernestum*  
 & *Albertum*; & filias.

E I N I S.